





1762, 9.

REMISSIONEM DEBITI
SI EXCEDIT QVINGENTOS
SOLIDOS EXIGERE INSINATIONEM
IVDICIALEM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRAESIDE

P. 222
D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.
LIPSIENS. ADV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XVI. OCTOBR. A. C. MDCCLXII

DEFENDET

ALEXAND. FRIDERICVS LEHMANN

GVVEN. LVSATVS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEIMIA



REMSSIONEM DEBITI
ST' EXCEDIT QUINGENTOS
SOLIDOS EXQUE RESERVATIONEM
IUDICIALEM

HELYSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVARO

AVRARIUM SVB PRAESIDIIS ET CONSILIO
IUDICIS ARB.

IN AVDI TORIO ICTORVM

D. XII OCTOB. A. C. MDCCCLII

DEBENT

ALEXAND. FRIDERICVS LEHMANN

CVRS. IUDICIS

L I P S I A E

EX OFFICINA LAMBERTINI





REMISSIO DEBITI,
QVOD EXCEDIT QVINGENTOS
SOLIDOS, IVDICIALI INSINVATIONE
INDIGET.



§. I.

Introitus.
Prouit in aliis permultis causis, in eo
vehementer est conspicua prudentia
Iuris Romani, ut partim fraudibus
atque fallaciis malorum hominum
iret obuiam, partim in contrahen-
dis obligationibus veritatem atque constantiam volun-
tatis consensusque exigeret. Idque pariter ius hono-
rarium Praetoris, suppeditatis ob metum, vim, dolum-
que exceptionibus, pariterque strictum ius Romanum,

A 2

nulla



*Transitus ad
rem proposi-
tam.*

nulla ex nudis, quemadmodum vocantur, pactis actione concessa, confirmat. Et quanquam donationis pactum sit validius, et ius exigendi rem donatam donatario tribuat, ex quo legitimis, siue probatis lege, pactis annumeratur *l. 35. C. d. Donat.* inde tamen petendum est, quod de donatione immodica, siue quingentos superante solidos, legimus, ut coram Iudice fieri debeat, §. 2. *Inst. d. Donat. l. 25. 27. et 33. C. eod.* et eo quidem, cuius iurisdictioni donator subsit, licet ad actus voluntariae iurisdictionis pertineat, *l. 30. l. 32. C. eod.*

§. II.

*Reconsentur
causae, ad
quas non per-
tinet infinn-
andae dona-
tionis immo-
dicæ necessi-
tas.*

Notissima sunt, hanc constitutionem neque ad Principem ipsum Lege civili superiorem, neque ad res militibus a magistris eorum donatas, neque ad redemptionem captiuorum, neque ad id, quod rescindendae domus ruinosae gratia donatum est, neque ad donationem propter nuptias, neque ad remuneratorem eandem pertinere *l. 34. l. 36. C. d. Donat. Auth. eo decursum C. d. donat. ant. nupt. Nou. 19. c. 1.* An vero his exceptionibus debiti remissio a creditore facta accenseri patiat, diuersae sunt iuris interpretum sententiae.

§. III.

*Quaeritur, an
ad has excep-
tiones quo-
que remissio
debiti perti-
neat, quod
negatur.*

Debiti remissionem esse veram donationem, ipsa natura donationis, qua rei nostrae dominium ex liberalitate in alterum accipientem transfertur, confirmat, vnde



vnde omnia donari videntur, quae nullo iure cogente conceduntur. Pariterque id esse nostrum, siue bonis nostris inesse censetur, quod in actionibus, petitionibus, persecutionibus est, atque ea, quae a nobis, dum nostra sunt, possidentur, *l. 49. D. d. V. S.* vnde, qui actionem habet, ad persequendam, vel recuperandam aliquam rem, ipsam habere eam intelligitur, *l. 15. D. d. R. I.* et secundum *VLPIANVM* id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem. *l. 143. D. d. V. S.* Idem igitur esse debet, quum vel is donare intelligatur, qui usucapionem passus est, *l. 28. D. d. V. S.* fortem, vel speciem quis ab altero sibi restitutam eidem reddat, siue donet, an, ante restitutionem a debitore praestitam, se petere nolle, declaret.

§. IV. *negotium in se*
 Negotium quidem nobis faceere videtur ipsa
 mox citata *l. 28. d. V. S.* vbi *PAVLVS*: qui occasione
adquirendi non vitur, non intelligitur alienare. Videtur
 profecto acquirendi occasionem negligere, qui pecu-
 niam ab alio debitam non exigit, vel diserte debitum
 remittat, vel actionem suam praescribi patiat. Et
 si alienare is haberi nequit, aequè minus pro donante
 habendus erit, quum donatio sit species alienationis.
 Quis vero non intelligit, *ICTUM* distinguere inter de-
 latum ius, idemque adquisitionem, quod verba, *veluti,*
qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tem-
pus datam non amplectitur, abunde demonstrant. Qui

*Recensetur
 obiectio.*



non acquirit aditione hereditatem sibi delatam, dicens non est alienare, is vero quasi alienat hereditatem, qui eandem, aditione sibi adquisitam ab altero usufructuarii patitur. Atque adeo non alienat, qui rem sibi dono oblatam accipere renuit, bene tamen, qui eam, praenuntiatione acceptatione, sibi obligatam non petit. Et quantum ne hic quidem ipsam rem sibi donatam, ante traditionem eius sibi factam, qua demum acquirenda erat, alienare habendus sit, certe ius ex donatione sibi quaesitum, quo donans ad eius praestantionem compelli poterat, quum praescriptione, quam contra se impleri passus est, tum inprimis diserta remissione, vere alienat.

§. V.

Et refertur.

Igitur omnino non est, quod dubitemus, remissionem debiti semper donationem comprehendere, vel species debeatur, vel quantitas, quemadmodum capiunt, siue acquirunt omnes, qui ab obligatione liberati sunt *l. 115. D. d. R. I.* et, si certa species demonstrari nequeat, sufficit, certam adesse quantitatem debiti et qualitatem, adeoque quamvis debitori nihil accrescat, quod non antea eius fuerit, constare tamen quanto melior facta fuerit conditio debitoris, cessante causa, ex qua ad solutionem eius tenebatur, quod ex hac ipsa ratione perfecte eius esse non videbatur *l. 139. §. 1. l. 51. D. d. R. I.* Et ex his quidem videmur nobis iure nostro colligere, quoniam semper specialia generalibus insunt

l. 147.



l. 147. D. d. R. I. non aliter de remissione debiti, circa iudicialis insinuationis necessitatem, atque de donatione stricte sic dicta, habendum esse, praesertim, quum ratio in *l. 27. C. de donatt.* exhibita; ne quid clandestinis ac domesticis fraudibus pro negotii opportunitate confingatur, ad utramque pertineat.

§. VI.

Neque a me ipso impetrare valeo, ut cum ANT. Non obiectio remouetur.
FABRO in *Cod. L. II. Tit. XXXIII. def. 4. ex l. 47. D. d. O. et A.* quae docet, ad liberandum facilius esse ius nostrum, quam ad obligandum, euinci contrarium, siue, exceptionem a regula probari, existimem. Ut potius hoc iuris praeceptum imprimis respicere putem ad vim nudi pacti ex iure ciuili, quod videlicet, quantum actione destituatur efficaci, exceptionem tamen gignit, ut adeo ad soluendum quis eiusmodi pacto compelli quidem nequeat, liberari tamen, ab obligatione ciuili vel mixta ad soluendum, eodem possit. Deinde in eo etiam huius regulae praesentia est conspicua, ut demostret, facilius praesumi posse liberandi debitoris sui, quam sui ipsius obligandi, animum, cuius veritatem ipsa natura hominum confirmat, qua lubentius procul dubio alterum ex obligatione dimitunt, quam se quidem alteri obligant. Ad vero exin colligi posse, omnino diuersa de liberationibus, atque de obligationibus, habenda esse, nequaquam concedo, quum potius regulariter eadem



eadem sit ratio soluendae obligationis, quae contrahen-
dae, l. 35. l. 100. d. R. l.

§. VII.

*Praemissae
sententiae
nova confir-
matio.*

Fortissimum quoque huic meae sententiae robur
accedit ex argumento, quo utitur IOH. VOETIVS
in *Commentar. ad Pand. L. XXXIX. Tit. V. §. 15. in fin.*
vbi ad l. 23. D. d. *Donatt.* prouocat, in qua MODE-
STINVS insinuationis necessitatem non pertinere dicit
ad vsuras futuri temporis ex sorte debitas. Ex quo
VOETIVS noster iure suo colligit, quia exceptio re-
gulam in casibus non exceptis confirmat, aliter de vsu-
ris praeteriti temporis, imprimisque de sorte, habend-
um esse. Et hoc MODESTINI responsum egre-
gie conspirat cum illo PAVLI in *cit. l. 28. d. V. S.*
Scilicet insinuationis necessitas ad vsuras futuri tempo-
ris propterea non pertinet, quia remissio earum, prae-
ferim, quod mutuum sua natura est gratuitum, adeoque
pacto ius exigendi eas quaerendum, non circa ius ad-
quisitum, sed acquirendum versatur, et non vsus iuris
adquirendi neque alienatio, neque adeo donatio dici
potest, add. ZOESIVS ad *Pand. L. XXXIX. Tit. V.*
n. 13.




ULB Halle
006 385 451

3







1762,9.

REMISSIONEM DEBITI
SI EXCEDIT QVINGENTOS
SOLIDOS EXIGERE INSINATIONEM
IVDICIALEM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRAESIDE

P. 22
D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.
LIPSIENS. ADV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XVI. OCTOBR. A. C. MDCCLXII

DEFENDET

ALEXAND. FRIDERICVS LEHMANN

GVBEN. LVSATVS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEIMIA

